Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qua accepto: in quadam vera dei erat
homo. idipsum habebat et non accepto.
Propter autem voluit accipere aliquid ad
humanitate, quod semper habuit indui
tate: et ut vacuo hominem appropin
quaret in eo quod homanus erat: et in eo
ipso quod hominis erat, homini exibe
ret quod dei erat. In eo enim quod hominis
erat, homini familiarius uniebatur.
et in eo vero quod dei erat, potentius
in homine operabatur. Propter dicit. ut
sciatis quia filius hominis habet po
testatem in terra dimittendi peccata: ait
paralitico. Surge et ambula. Ostendit
que videri potest: ut hoc crederent que
videri non potest. Propter hoc et dicit fac
tus. e. homo. ut se ad fabulandum homi
num permiscuit, ac familiarem exiberet. ut in
una eademque persona, et suum genus homo
invenire, cui fiducialiter infirmitatem suam
revelaret: et sicut homini dum credens
de accepta ab illo remissione peccatorum
suorum non diffuderet. Deinde ut dispen
sationis gratiam largius multiplicaret
dei homo: homines qui prius ho
mines erant, participes fecit po